Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancit Focae episcopi quod est III. nonas. martias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

mdrif.
actum totu dignitus. & primebat. ſed nec
de celo teſtimonium defuit. Imber largus
& lenis temperato rore deſcendens fluebat xiiii
ad multa proficiens. primo ut gentiles
pernicitate curioſos inter uentu pluuię re
frenaret. Tunc deinde ut aduerteretur clare
tur occaſio. ut ſacramentis legitimę pacis
nullus profanus arbiter intereſſet. & quod
flauianus ipſe ore ſuo dixit. adhuc plue
bat ut de omnimodę paſſionis exemplo. aqua
ſanguine ungeretur. ſic conſumma
tis omnibus fratribus & pace perfecta pro
ceſſit e ſtabulo. quod fuſciano de proxi
mo iunctum eſt. Ibi cum editiorem
locum & ſermone aptum conſcendiſſet.
ſilentio manu facto huius modi uer
ba dimiſit. Habetis inquid fratres
dilectiſſimi nobiſcum pacem. ſi noueri
tis eccleſię pacem. & dilectionis unita
tem ſeruaueritis. Nec putatis pauca
eſſe que dixi. cum & dns noſter xps
paſſionę proximus hec nouiſſime dix
erit. Hoc eſt mandatum meum
ut diligatis inuicem. quemadmodum
dilexi uos. & ſupremum illum adiunxit.
& in teſtamenti modum ultimo ſermonis
sui fide ſignauit. Quod lucianum pres
biterum commendatione plenissima
proſecutus. quantum in illo fuit ſacer
dotio deſtinauit nec inmerito. Non enim
difficile fuit ſpu iam cęlo & xpo proximan
ti habere notitiam. Deinde adiuncti
me locum profecto ſermone deſcendit
& ligatis oculis ea parte qua monitus
ſeruare ante biduum iuſſerat. fixis tam
quam ad precem genibus paſſionem ſuã
cum oratione perfecit. O martyrio glo
rioſa documenta. O teſtium di experimenta. preclara que
ad memoriam poſterorum merito conſcripta ſi
ut quemadmodum de ſcripturis ueterib; exempla
didiſcemus ſumamus. & a de nob aliqua diſcamus.

INCIPIT PASSIO SCI FOCAE EPISCOPI. QUOD EST. III. NONAS MARTIAS.

Sanctorum ſingulę paſſiones nihil aliud ſunt
quam inſtructiones xpianitatis uitę.
Corroborant enim animam. & preteritę uirtutis
exemplo reddunt hominem ad omnia certio
rem. Nam & apoſtoli ſecuti ſunt xpm. ſic &
apoſtolos martyres. ut plus nos per ſucceſſio
nem doctrina corroborat. ut aut marty
res. aut apoſtolos imitemur. aut xpm.
Intimanda uobis itaq. per litteras cre
didi fratres dilectiſſimę. Focae ſci
geſta glorioſa mittens libros omnium
que fuere geſtorum legendos cunctis
qui incolitis pontum bithiniam. paph
lagoniam. miſiam. galatiam cappa
dociam. & armeniã. ut & tanti
nominis martyr ubiq. laudetur. & uos
ad ſimilia per ferenda ſi fortis fueritis
habeatis auctorem. per ignem enim
ſiue per ferrum per tormenta crucis.
& per uincula catenarum inpetratur co
rona cęleſtis. quecumq. in ſeclo acerba
toleramus. ſcire debemus in illo aeter
nę glorię loco in melius nobis per dnm
nrm ihm xpm eſſe reddenda. Cui glo
ria & imperium in ſcla ſclorum. amen.

Admiranda itaq. & ſtupenda omnib; ſci focę paſ
ſio non ſilebitur. qui non ſolum in ignem & in ſin
gulis quibusq. tormentis qualis eſſet oſtendit.
ſed omni uitę ſuę tempore tanto di amore de
uinctus: ut non inuitiſſe martyriu. ſed in pe
traſſe credatur. Sic enim in infantię tempus
exegit. ut admirabile neſcio quid aetatum
tum in eo diuinę indolis appareret.
Iam cum puberes annos & adultioris etatis
primum limen ingreſſus eſt. ſimilem certe

monſtrare ſapientium. acceſſu placidus
mente ſobrius. caſtitate glorioſus. amator iuſtitie.
miſericordie magiſter. humilitatis inuentor.
Poſtremo ille cuius ſingulas laudes enumerare
hominis lingua non poſſet. dicentur tamen a me pau
ca pro multis. Itaque cum ſingulos xpianos gra
uis gentilium iudicum terror argueret. & ali
quantos iam diuerſarum penarum excruciaſ
ſent ſeua tormenta. aliis latebra ſinſſ& auxilio
focas pro opinione nominis ſui quo per omnes po
pulos laudabatur indagatione peruigili uber
inquiri. Tandem inuentus adducitur. nec enim
tante glorie claritudinis latere potuerat. aut
uolebat. hoc exhibito africanus prefectus tri
bunal aſcendit. & introducto ad ſe foca. huius
cemodi uerba profudit. Quis eſt qui traianum
principem nrm deum non eſſe teſtetur.
quo omnes aduerſarios ſuos uicit & extinxit.
Focas adiſta ſic tacuit quaſi aut non audiſ
ſ&. aut alteri putaſſ&. hoc totum quo ſi
lente. Africanus exclamat. Quid taces. Cur
ad interrogata non reſpondiſ. an ignoras
apud cuius tribunal adſiſtiſ. Reſpondit
focas. Si diuina pſcrutaris. reſponde
quid in celis habitare aeſtimas deos. Si uero
terrena pquiris. a me audire non pote
ris. Africanus ait. Tu imperatores negare
auſus es deos. Reſpondit focas. Iam traiano
non ſufficit quod dicitur. Imperator. niſi diuinum
ſibi inſuper & inuiſibile omnibus nomen ad
ſiſcat. Africanus ait. Te xpiani dnm fatentur.
quod tanta ab hiis ueneratione diligeris. Reſpon
dit focas. Abſit hoc ab intellectu omnium nec tu
umquam pfecto tantum ſceleris ſuſpiceris.
homo ſum enim fragilis carnis & corporis. pec
catis plenus. mortique ſubiectus. uite mee & con
uerſationis rationem. cum dies iudicii uenerit
redditurus. Non itaque xpianorum ds. ſed opto
ſi merear eſſe conſeruus. Africanus ait. Quomo
ergo fama tua uſque ad imperatores peruenit. Reſpon
dit focas. non ut dii ſed ut ſerui di honore. mihi itaque.

uiuidere pſco po fiori. non ita aliquid me aeſtimatur &
iſtimenc. ſed quia do ſeruit eum ob ſequuntur qui
cumque paſtori. Numen his inuiſibilis & ineſtimabilis
non uultu ſed potentia. & uirtute ſua notus eſt. quib;
talem adminiſtri eius ſequimur ab ipſo meritum re
cepturi. Nec enim maieſtati eius obſequia humana
neceſſaria ſunt. aut querit aliquid quod totum ha
b&. ſed iuſtitiam querit in ſingulis. & cottidiana ſerui
tia. non tam ſibi neceſſaria. quam noſtre ſa
luti profutura. Ecce tu prefecture hono
re accumulatus es. numquid ds eſſe cepiſti. & ali
udi factus repente quam natus es. Africanus
dixit. Aduocatorum turba opus eſt ut tibi
poſſit obſiſti. Reſpondit focas. Totum
lic& ad reſpondendum aduocet mundum in
feriorem. ſe tamen xpi modico qualicum
que diſcipulo teſtabitur. Africanus dixit
Ita xpm quem talem doctorem aeſtimas.
quis ignorat eſſe cruciatum. Reſpondit
focas. Non miror ſi rationem huius ignoras.
cum cecitate neſcio quia ipſum ignores & dnm.
Nec uero uerba uerſuta. non & ratione ſed &
inhumanitate defendunt. Prudentia
enim omnis a xpo. ut ſcriptum eſt. qui
dat prudentiam ſapientibus. legimus.
& denuo nere eſtimere eſſe ſecurium que
ulciſcitur ſapientes in aſtutia eorum.
& iterum pdamne eorum prudentiam
& ſapientium prudentiſſimorum coher ceam.
Africanus ait. Numquid me imperator
tecum agere de zelo inquiſitionis mandauit
Reſpondit focas. Ego di omnipotentis
precepta demonſtro. & adhuc nebularum
tenebris inuolutus. Aduerſum non uis ueni
re rationem. Tu me ſecularis hominis
precepto & imperatoris tu minis a uo
rintate aeſtimas poſſe ſubduci.
cum tuus ille preceptor uite ſue fi
nem complerit quieſt hodie.
e craſtino non futurus ſit.
Africanus ait. Vanum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aliquando proice sententiam & potius philosophiam sere festi
na, ne me cogas aliquid de suppliciis tuis acerbitate disponere.
Respondit focas. Quis sapiens rogatus ad conuiuium non totus cum
alacritate festinet. desideratum itaque mihi supplicium quod
minaris festina, si consulis sinceritatem gaudium dabis in dila
tione supplicium. Africanus ait. Non est poena quae cupi
tur parco tibi itaque qui perire festinas. Respondit focas.
si pares interfice. Uiuere enim me salute perpetua prius
scito non posse nisi hic moriar. Africanus ait. Homicide
& malefici uitam cupiunt. & quam aliis abstulerunt hac
luce contenti sunt. Tu sapiens perire festinas homo quia
aristotile poteris esse prudentior. quod uere me dicere iuro
per solem. Respondit focas. philosophus esse non opto. sed christi
amator & famulus sum. ipsum dominum dominum imperatoremque cog
nosco; Aristoteles philosophie suae uana sectatur. & errore
plenum inter hominibus tempus exponere. ubi nec salus
aliqua. nec uera doctrina est. scripturae uero pudorem pati
entiae perfectam & omnia quae sunt magna conlaudat. & mer
cedem credentibus pollicentur. Africanus ait. Declara
re uoluisti quod stultitiae plenus totus ueritatis ignarus
sis quam adsueueras habere potestatem cruciatum
Respondit focas. Causa est certissima iam ante praedicta quae
dementiam uiam duceret in praeceptis. Scriptum enim est con
stat de christo uideris quidem scandalum gentibus dementiam;
Nobis uero fidelibus prudentiam futurum esse christus. Africanus ait.
est deus cruciatus. Respondit focas. sunt dii de ligno saxei
manu hominis effecti. ceterumque quis mortalium naturam christi
possit exponere. Africanus ait. Intuere caeli digestione
singulis forma sideribus ornatu. Aspice & igniferum solem
micantibus radiis quadrigis alacritate clara terris lucem
profundere. & ignosce quam miserum sit haec uitae ornamenta
deserere. Respondit focas. Caelum sidera quae conlau
das ignoras horum omnium conditorem. numquid sol lunam
fecit. aut luna manu facta est dii sidera. Haec & omnia nostris usibus
seruitura in dei uerbo christo ordinante perfecta sunt. Afri
canus ait. Usque adhoc te furoris magnitudo perduxit.
ut solem lunam ac sidera ab alio adseras fuisse ab alio
constructa. & in eorum quidem potestate frangeris.
Respondit focas. Quis tam ineptus inueniatur aut stultus.
qui elementis deorum nomen inponat. Africanus ait.
Ostende nobis deum tuum. & ego ab imperatore meo uter
deseruiat obtinebo. Respondit focas. Deus dominus meus ut
ante iam dixi regnat in caelis. & est inuisibilis ac magis
Ille non oculis dei cultu. sed timore cognoscitur. Nec enim
cum tibi placuerit caelo imber effunditur. In uoluntate
te soli dei est quando procedat. Sidera non nisi praecepta
resplendent. nec se umquam nubes in globum colligunt
nisi deo regantur auctore. Nec aestus a suo procedit arbitrio.
nec pelagi in propria uoluntate tranquillitas est. quid ergo
ista diutius commemorem cum nihil hominis sufficere pos
sit exemplum. nec enim quando uolumus sani omnibus mem
bris sumus. sed quando nostro quies et ueris dei uidetur arti
fici. nec uenatio ipsa quaeuis est in potestate uenantis est.
& ut de imperatore tuo disseram euentus proelii & laeta
uictoria non in dimicatione hominis. sed in dei pendet ar
bitrio; Ille ergo deus a nobis omnibus seruiamus quid dixit
in lege. ego occido & ego uiuificabo; Africanus ait.
Et supra haec omnia illum aestimas esse deum quem crucis tor
menta lacerarunt. Respondit focas. Intuens uo
luntariam carnalis corporis passionem. nec resurrectionis
quae mox adfuit admirationem uideris. certe excusare
te non potest ista nescisse. Nunc confiteris passionis
quantum aestimas poenarum nosti optime ascensionis
& gloriam scripturarum accipe. A quo uel tu uel impera
tor tuus sit creatus. explora & inuenies ihesum christum quem
cruciatum aestimas. In illa sede caelesti sedere ad dexteram
patris. & iudicare de singulis. Africanus ait. Demos
tenis iam loquacitate superasti. sacrifica quod restat
ne diro uraris incendio. Aspice quinquaginta milia
plus uirorum ante unum oculos in unum dirigere;
Quod si in pertinacia tua manseris ad similem uane huius
religionis es mutaturus insaniam; Respondit focas.
Et quod resistendi oportunum tempus inueniam quam hoc
quo morte mea omnibus prosim. Nam si securitas per bon
dum est uita. In dei confessione prosternar. quod si per
me tota potuerit multitudo seruari. Ad ignem itaque
libenter accedo ne & coniugibus quaecumque maculetur.
Haec enim & scripturis praecepta suscepi. Africanus ait.
Dolorem mihi amor tuus in me facit. & contempla
tione sapientiae flector ac frangor. Tu uero ad se
ditionem paratus patientiam meam abuteris. & quod
perfecti praesto. id credis fieri tuorum causa meritis.

Respondit focas. Odit misericordem paratus ad mortem
& super fluminę tunc dare consilium. cum iam numquam
dolere — cumque partem deliberata sententia est. nolo alium meo tor
queri. satis ipse mihi consulo quę uis tormenta contempno.
& ne uana forsitan suppliciorum nouitate me credas.
demostenes uos instruit. me uero a domino xpistus armauit.
Africanus ait. Si ulla beneficentiae tuis sensibus te inuenisset(?)
aetas. dolentare te crederem; & frigescentem iam sen
sum aliquid de corde posuisse. Aut certe si sumptu egens
inopem uitam ubi es hoc dolores. crederem te fracto miseria
mala huius lucis horrere. At cum haec non sint uenire
cur detractas. Respondit focas. Omnis mihi seculi fructus
& locupletes diuitiarum census odiosi sunt. Longe a me posita
est uana haec temporalis ambitio. ad caelestia & ad xpistum
confugi. quę nec tu praefecte nec imperator traianus ab
ripiat. Itaque non sacrifico sed paratus sum omnes
subire cruciatus. Africanus ait. Puris & magnis diis
sacrificare debemus. quos tu scelestos esse pronuntias.
Respondit focas. Non scelesti solum. sed miseri ad
ulteri & sacrilegi ac daemones aestimandi sunt. Nec
illi solum sed etiam hi qui per errorem huius cultus dei
nomen ignorant. qui regnat in caelis cuius gloria & uir
tus in saecula seculorum. & omnis cum eo. Amen. fratrum que cir
cum stabat turba respondit. Tunc cuncta sonuerunt
ac patefactis caeli portis inmensus imber effusus est.
Nec mora omnis terra concussa est. aere soluta. a stabi
li firmitate naturę omnium coepere uestigia.
Cecidit preses africanus in faciem & cum his militibus
quę ei circulum fecerant. sine uoce. sine sensu solo stra
tus aduoluitur. Haec aliquanti uidimus quibus
reuelationem uoluntas diuina concessit. Tantus
enim pauor & tanta reuerentia illius miraculi fuit.
ut uix paucis concederetur aspectus signi. Si enim
nimius e caelo dum haec aguntur ostendit quę sonando(?)
oculorum aciem occultam faceret esse quod gestum est.
Quinquies itaque splendidior sole illa lux uisa est. Ad
stabant tres angeli equitum more compositi. quorum
effigiem flamma formabat. tremor omnium mem
bra peruasit. stetimus & sanguis & desperata sa
lute desolationem morte solluti. Illi autem erant ignei
& incredibili proceritate sublimes. lateri se sancti foce

libenter adsociant & dubitantes cum eo inuicem non parua con
fabulatione discedunt. Peractum itaque caelum uolatu & ecce post
paululum terentiana Africani uxor attonita sparsis cri
nibus uultu lacerato. ueste deformi. cum filiis quinque &
omni familia. ad focam genua cum uolauit. Ibi inhe
rens pedibus. ueniam tanti sceleris implorat. Haec quoque
separatione constringens fieri donetur maritus. ut ad xpistianam
legem cum tota domo filiisque migraret. Nec fuit haec fal
sa promissio. Nam quicquid spoponderat non negauit.
Huius lacrimis flexus focas omnes clericos conuocauit. & fac
ta pro praefecto iugi oratione praestitit. et remedium
a quo paulo ante formidauit & exitium. Sed cum africanus
memor nouae salutis & caelestis auxilii traiano gesta pro lo
cutus; Imperator autem statim focam iussit accedere.
Quo introducto ait. Contemnis regiam potestatem.
qui iste ad superbiam erigit dicis quod tu imperatorem sper
nas. Incognitum nobis nomen accedit. sed ab iste ut
aetate tua & hanc sapientiae indicem. forma statuam
credam professionem deludi. & non potius nobis probatam
omnibus amare sententiam. Certe si in ea uanitate per
manseris quod futurum minime reor experieris quod non
possit tibi tuus propitius esse deus. & quia nocet traianus
iratus. Respondit focas. Licet ne apud te imperator
libere loqui. Traianus ait. Licet omnibus & maxime pro
salute dicturis. Respondit focas. Imperium tibi a deo
traditum est. si bene sis memor es illi obsequium redde
qui praestitit. Traianus ait. Mihi imperium plurimi
dii dederunt quibus sacrificia uota reus semper & soluo.
saluatoribus enim nostris ista debentur. Respondit focas.
Omnipotenti deo magis obedire debemus. pietatem max
ime sequi. & omnium scripturarum implere praecepta.
Traianus ait. Non ad philosophiam. sed ad sacrificium te
uocaui. Respondit focas. Cui deo sacrificare me
precipis. Traianus ait. Esculapio. Respondit focas.
Ubi est ostende uideamus. & cum peruenissent ad templum.
Traianus ait. Hic est quem aspicis deus quorum mundus fauo
re seruatur. Ait focas. Tibi dico lapis. responde si
potes. Escam delectaris aut potu. an odore recre
aris. quid e optime imperator. nemo respondit.
quin etiam stant numina tua iube sedeant. nec se
ut uideo commouent. nec eriguntur a terra. Erruit

artifex capul& fiandetur
homo ille qui fecit. hic ercha-
rum tenax. sedet stante d& tent nullu meluis re-
sonat ordo iste condirum. Alterius aptus omnecce qd
inpitemus artifici. Nam labia sculpendo patte fac-
tesunt tamen nulla uox sequitur. Coelataq· inanes
oculi & aptus lumina. Ecce sacrificium aporrigen-
te non suscipiunt. si percepis brachia illi utraq· con-
fringo & omne illi ut saxeu corpus euerto. Uide-
amus ante uideat uindicare aut psequat inimicum.
Uideamus ante ad auxilium suu imperator implor&.
Opus est enim ut talis ds habeat defensorem.
Ab illo enim seruandus est. aquo uidet effectus. Ec-
ce diu iri ecce quos colitis quia cultorib; suis hoc ex-
pectant. non his largiunt auxilium. Traianus
ait. Decepisti me loquendo si conditionis tue
& pers. nau tarite fuisse nescirem. & cotidiana
neptuno uota celebrasse. Respondit focas. Ego
non solu nauta sed& etiam gubernator fui. sed a do
semp quie uerus spem securitatis & salutis obtinui.
Illi & uota obtuli & offerre non desinam. Traianus
ait. Uideamus eciuis ille cui sacrificas. Respondit
focas. Scire tibi non lic&. Scriptum e eni. Nolite
margaritas meas mittere ante porcos. Traianus
ait. Porci ergo tibi uidemur ut dicis. Respondit foc.
Utina muta animalia essetis. dicm iuditiu sup uos
non uenerit. Imaginem qd est scelestius humana
gentis sensumq· corporeum. adquin animalia
illa plus sapiunt. Iumenta enim qu uos colitis simula-
cra contempnunt. melior tu longe es qui colis qua
ille qui colitur. Inter imperatorem enim multum
distat & lapidem. Traianus ait. Ecce suspenderis
ad lignum uideamus quid tibi prosit animus iste
tam ptinax. Respondit focas. Ego suspensus ligno.
ad celestia regna migrabo. Tuus aute ds cum dis tuis ppe-
tuis tenebris inuolutus. A eterna apud inferos
morte torqueris ubi sero intelleges quid colueris
quid ue contempseris. Tunc iterat suspensus
inpresso ungularum impetu p omia membra tor-
quetur. ita ut tortoribus nimi labore ipsi desisterent
sed nullum in hoc sermonem diuinctus. Ait traian

emisit. Tantum labia comouebat & oratione tacita gra-
tias agebat pastori suo. sed cu uenisset in finem.
Amen clamauit. & e celo uox sonuit cum ingenti
ante murmure strepituq· discendens. & ait.
Alacer esto foca. Ego sum tecum. Ecce paratus e in
paradiso locus cum omnib; patriarchis & cum his qui
nec me nec patre meu negauer. Traianus iussio inco
in quo uoluisti loco & eu poena cruciabitur. Statim
imp& pauit. Auferriq· eum a baculeo iub&. & qua-
tuor milites a quo seruaretur adposuit. Centurione
a& sua nomine crispinianum ad eius custodia de-
putauit. A quib; susceptus focas ibat lenis ad car-
cerem dno uota psoluens. totu nocte iuxta eius
fores sedere custodes. sed nox medium eius noctis
tempus emensum est coepit orare. Xpe filius di
sem nomen tuu inuoco. ac perenne uirtutis & glo
dne saluator. ds angeloq. ds omniu qui ubiq·
pastor omnium ctibus languentium gregem tuu
inuiolatum & inlesum conserua. Arce multipedem
lupum. deuoratorem ouium & raptorem semp
agnorum. Ne concedas ei dne uexatione innocentiu
ne scelestissimus demon frugiferum uitem tuam
uiol&. ne inmaculatam columba inpurissimus
deuor& serpens. sed plantatione tuam uitemq·
conserua. ned& terre tue opus satane consuma
impietus. Gratias tibi ago dne in sonu conlau-
dans patrem & filium & spm scm. Tribue mihi
pmissum honorem & celesti coro me statue.
Inlesus enim inmaculatus aduenio. rege animam
meam. ut dixisti ds ut pastor ut pater nesibil&
aduersum me draco. Nec eni auro aut argento
sed huius in lutus uerum margaritu salutis ab
teci. relinquo oeconomia ut te uideam misericor-
dem largum p ennem. Indue me ad patre tuu
& ad illa que seruasti tuis habitacula preparata
qui benedictus es semp in scla sclorum. Iam
uenerabili oratione completa carceris claustra
reserata & infuso desup lumine lampadaru
totum repente patre fultum est. Mille aute
amplius milites quos habebat illa custodia tanta
uirtute pterriti & admiratione defixi. foce

genua deflexi remedium salutis implorant. paulolum
itaque & ipsi muros ad pelagi litus accedunt. ibi a beato &
gratiam baptismi & signum crucis accipiunt. & tamen
tes adhuc teneras ac rudimentis nouelle credulitatis
instabilis radix firmior miraculi certiores armaret.
ostendit se dominus omnibus & ut mortales oculi poterant
cernere maiestas celestis emicuit. illi iam uile ducen
tes sancti huius usuram redeunt non ignari diurne le
gis ad carcerem. sed nocte depulsa mox ut lux orta
est. omnis ad forum multitudo concurrit. futu
rum foce certamen expectans. Cui ait traianus.
Exhibito sacrificia neptuno. Respondit focas. Non
sacrifico portentis. Traianus ait. Si dii portenta
& nos demones sumus. quis ergo est deus. Resp. foc.
Ignoras illum qui tibi donauit hoc imperium. num
quid fefelli qui uobis an malum nomen imposui.
Traianus ait. saltim deo tuo sacrifica. si numina que sunt
nostra contemnis. Respondit foc. Deus meus nullo indi
get dono. nec fumantia altaria nec cruorem querit
agnorum. non de istis pascitur. nec cibum aliquem
sordide carnis expetit. cui ipsa elimenta deseruiunt.
Cor ille purum exigit paratum ad subueniendum dex
tram. & operosa ieiunia. ceterum haec singula
usibus nostris seruitura donauit. Traianus ait. Phi
losopharis ut tu deo sacrificandum & non illi quem scis
esse cruciatum. Resp. foc. Illum cruciatum fre
quenter & pertuleris. si motus fuerit contra te.
quis ei resistet. Cuius mine ut legimus separant
montes & maria prumpit. Traianus ait.
Apud quem loqueris uel cui resistis agnoscis. & foc.
Quis me interrogauerit noui quid ei dixerim. memini.
Ideo ad sacrificium me nemo perducit. hanc uocem
semper effundam. queuis exquire tormenta. christianus
sum sepe iam dixi. Traianus iratus crudelem of
fert sententiam. Nam mergi eum in caminum ardentis
calcis propere iubet & in illo locum effluentis ardorem
precipitem pronumque distitui. metuens scilicet ne ad
aliquam membrorum partem non perueniret incendium.
& ait. Uideamus quid tibi prosit ille quem metuis.
Impositus itaque flamme quam parare preceperat imperator
continuo tribus horis in eo igne durauit. qui licet integris

omnibus membris & uultu in
de productus est quasi non fu
isset in flammis.

Superatus itaque in hac passione traianus rediuiua iterum
inflammatur insania dicens. Therme propterea an
te triduum sunt subuste quas adhuc nemo parte fecit.
ibi te iubemus induci. focas uero signum sibi crucis in
ponens. ubi iubebatur ingreditur. Tantus autem in illis ignis
fuit & tanta uis flamme incalescentibus hinc inde fornacibus
ipsis ac cum parietes colorem ignei ruboris acciperent.
Ibi stans focas letus his uerbis deo uota reddebat. gratias
tibi ago domine quod ad hoc dignus electus ad felicis martyrii
coronam tuo fauore perueni. quod professionem nominis tui
carcerem uincula crucem ignemque non timui. & nunc
domine mitte angelum tuum. & traiani manibus eripe me.
nequando dicant gentes ubi est deus tuus. Mox hiis toto
mentis affectu deo uota persoluit. & amen. In oratione
compleuit. statim emisit spiritum. Parte factis itaque post
paululum termis sancte reliquie composite & nulla calo
ris acerbitate fedate inueniuntur internis. Corpus
ipsum flatum nardi traxerat. & omne illud membris
spatium quo iacebat similitudo reconduerat. bal
nee uero gelide & glaciali quodam rigore perstricte.
quasi numquam fuerint succense. perspectis traianus
sancti foce reliquiis miraculo tante nouitatis obstipuit.
& referre patientiam eius militibus suis coepit. stupens
uirtutem mentis & corporis & ait. Uere non est alius deus
nisi ille qui regnat in celis. hoc dictum. & illis
balneis cum timore discedit. Cui se subito refe
renti pedem focas ante ianuam letus ostendit. & ait ei.
Traiane. Traiane. Perge ad locum ulterioris abyssi. & ad
preparata tibi tormenta festina. ubi nocte perpetua
& saeuo es & urendus incendio. mihi uero promisse
felicibus loca paradisi claustra reserata sunt. & expectant
te sedes inferne quete & illa que colebas simulacra sus
cipiunt. Triduum hoc in luce uersaberis quem emenso
caligine te mortis excipiet. Nec enim diutius inultus
Innocentium sanguis esse potest. Uocat te ad supplicium
animus ille sine sensu & effrenata crudelitas. hac imprecatione
uel potius denuntiatione completa. palatium traianus
ascendit. & ex ipso miraculo febrium calore constrictus

dedit se statim lecto. Nec enī egritudo tam nimia con
sistere illum sinebat ingemitib; tertia die ut ei sci di ser
uus predixerat & expirauit. Hic focas passione glo
riosus. & martyrii corona laudabilis merito habetur
primo in ponto. qui per omne illius patrie tractum
iuste nominis meruit principatum. celeberrime ubiq;
glorię per pontum paflagoniā. & ptotā habendus
armeniā. uir apostolicus & omni deuotione deuotus
nominandus semper in actu sctorum. amen.

EXPL. PASSIO. SCI. FOCAE. EPI.

hoc.

INCIPIT. PASSIO. SCI. FILEMONIS. QUOD EST VIII. IDUS. MARTII.

Postquam admirabilis asclas beato fine apud
antinoū martyrium consummauit. iussit
preses arrianus de eadem ciuitate conprehendi
xpianos quanticumq; occurrissent. & multis per di
uersa latebras & fugā petentib; soli clerici ad mortem
pro fide dnī alterutrum & populum animantes stete
runt in suo. & capti a militib; triginta & septem nu
mero. statuuntur pro tribunali presidis. Inter quos
erat & apollonius quidā diaconus ipsius ciuitatis. qui
cum uidisset & innumera tormentorum genera pro
ferri in medium. & ad cruciandos pparare xpianos.
& timuit. Erat in eadem ciuitate choraula publicus
nomine filemon. gratus plebi & iudicib; acceptus;
Hunc euocat ad se apollonius diaconus. & offert ei qua
tuor aureos solidos ac rogat ut pro se ille sacrificaret.
Dicit ei filemon. Da mihi unū uestimentum ut eo
opertus facie possim sub alterius persona ingredi
& sacrificare. & dedit ei palliū suum. Quo accepto
filemon posuit ante pedes apollonii fistulas quas.
operuit se & mutato habitu. Ingressus est coram pre
side. Quem cum uidit preses ignarus quis esset. in
terrogauit. Quis es tu? & offitium dixit. fortasse
xpianus est. nam habitus hoc demonstrat. & preses.
Si xpianus est inquid dicite ei ut sacrificet. Tunc file
mon inspiratus dī gratia. respondit. Ego xpi
anus sū non sacrifico. Ad quem arrianus iterum
p interpretem. Sacrifica ait. & liberare tormen
tis quibus uidisti & audisti. asclan. & leonidem

uirum soluisse. Filemon respondit. Non sacrifico sed
paratus sum sicut illi quos nominasti. & ego pro amore
xpi suscipere cruciatus ut morear cum ipsis & requiem
inuenire. Quis enim non irritatus est in facto asclę quo te
in medio flumine tenuit. Dicit ei arrianus. Sacrifica
ut saluueris. Respondit filemon. Non est saluari nisi p dno
mori. p dno non in sacrificando sed sacrificando consistit.
Audiens hec arrianus. dicit ad offitium. silenter uocate cito
filemonem. forte ut se dulcissimis suis cantibus demulceat & cum
& aduocatus uoluptate melodiarum adquiescat & sacri
ficare. ne male pereat. Ad preceptum igitur iudicis
querebatur ab offitio filemon. nec inueniebatur.
Tunc uocat arrianus fratrem eius theonan. & interrogat
eum dicens. ubi est filemon frater tuus? Ille respondit.
Iste est qui stat coram te. Statim ut uiderunt faciem eius.
& agnito eo risit iudex. Aestimans loco illum p sonum
finxisse. & dixit ei. Equidem tibi nihil inputatum est
quia ad hoc & natus es & nutritus. ut risu hominis fatiges.
Attamen malui stante unam de tribus filiabus meis pro
libidine presumptis te accipere. quā iudiciarum
seueritatem in conspectu xpianorum merore sol
uere. sed sacrifica coram eis. ut credant hoc pro
more tuo ioco non ueritate fecisse. Respondit
filemon. Quod iussisti facito non sacrifico. Me enim xpi
gratia adprehendit. Dicit ei arrianus. Per salutem
romanorum te adiuro. ut dicas mihi si corde te adseris
xpianum. an inludens hoc facis. Et filemon respondit.
Quid me adiuras pro romanorum salutem que transit?
Iuro ergo per statum & gloriā xpianorum me uerum
dicere xpianus sum. Tunc arrianus commotus indig
natione grandi. interrogat cetum stamen antinoū
plebem. Quid de eo agi decernerent. Utrum nam
cita morte auferri. An longis suppliciis cruciari.
& populus exclamauit dicens. Ne pdas ciuitatis nrē
dilitias. Omnis enim ciuitas ad aduocationem istius
pendit. & ceperunt uniuersi plorare. Dicit arria
filemoni. Ferreum pectus habes ut horum non
flectaris amore. Sacrifica queso. & redde iocundi
tatem in festiuitate que proximat ciuib; tuis.
Respondit filemon & dixit. Terrena hec festiuitas
quā imminere dicis. contraria ē caelesti letitię.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg